

Kreis teinfurt

S 196

1281 Juli 28.

Ritter Engelbert von Hörstel verzichtet auf die Erben Gude und Lanßing in Altenheine zugunsten der Kommende Steinfurt. [93] [96]

Anno Domini M^occ^olxxx^o mense Julii die Pantaleonis martiris sub Everhardo episcopo Mon. presidente iudicio Rene, sub indice Gorio¹), Engelbertus miles de Horstelo una cum uxore sua Helenburge et filio suo Engelberto et filia sua Renswit libere resignavit coram iudicio in Rene duas domos in Aldenrene in manus fratrum domus in Stenvorde cum omnibus eorum appendicis hominum, agrorum, nemorum et pascuorum, iure hereditario perpetuo possidendas pro propriis bonis plenam promittens prestare warandiam de proprietate. Astiterunt huic facto dominus Bertramus plebanus ecclesie in Rene, dominus Hinricus Hurnekamp, sacerdotes; Lubertus et Hinricus Hurnekamp, Conradus et Bernhardus de Rothe, Johannes Ursus, Engelbertus Magister, Lambertus iuxta Gildehus, Lubertus Kokine, Helmigus Scheveman, Helmigus Puppinc, Hinricus Curialis, Ludolfus bi den Dike, Wescelus filius Macharii, Lubertus Hovesche et Hinricus bi der Borg. Nos fratres de Stenvorde hanc literam sigillo domini Bertrammi plebani in Rene antedicti petivimus sigillari, nichilominus id scriptum apud nos retinentes, ut in futuro tempore facilius possit huius rei veritas inveniri. Ego Bertramus plebanus in Rene, quia, que prescripta sunt, vidi et audivi, rogatus a fratribus dictis de Stenvorde hanc literam sigillo proprio sigillavi in testimonium veritatis.

Orig. Siegel. VIII. Rep. II. 1. b. 27. Nr. 5. Rückschrift (c. 1700): Putantur Gude et Lansinck. — Abschrift im Kopiar B fol. 89*; danach Regeft Niefert V. S. 67.